



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De definitione per effecta. Capvt XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

De definitione per effecta.

CAPVT XIX.

Tertius definiendi modulus ad oratorias definitiones, & amplificationes aptissimus fit per effecta, estque apud quosque eloquentia; auctores frequentissimus: præter multa, quæ ex Cicero passim in amplificatione notauimus, proferam vnum ex D. Ambrosio locum artificiosissime expressum. (Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum infantiæ, ebrietas venenum sapientiæ. Hæc sensus hominum mutat, & formas, per hæc sunt ex hominibus equi adhiñientes. Siquidem naturali vapore corporis calidi, & præter naturam vini calore inflammari, cohibere se non queunt, & in bestiales libidines excitantur, vt nullum tempus præscriptum habeant, quod doceat indulgere concubitu. Vocem amittunt, colore variantur, oculis ignescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardescunt, sensu excidunt. Hinc phrenesis periculosa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, semefas epulas cum internotum viscerum cruore fundentium. Hinc etiam vanæ imagines, incerti visus, instabilis gressus, vmbra sæpe transiliunt sicut foueas. Nutat his cum facie terra, subitò erigi, & inclinari videtur, & quasi vertatur, timentes in faciem ruunt, & solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus sibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & resonantia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu solent incondito, Alij inconsolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationabiles pauores. Vigilantes somniant, dormientes litigant. Vita his somnium est, somnus his mors est. Hæc est definitio, siue descriptio per effecta, cuius imitatio, latè vt vides dicendi campum suggerit. Prouidendum tamen ne nimis leues effectorum minutia disquirantur. Deinde, vt quæ in longa descriptione asseruntur, ordinem inter se, & decoras ab vno ad alterum transitiones habeant.

Vide definitionem ubi boni ab effectis ex Cicerone pro Caccinna notauimus. D. Ambrosio de Elia & ieiunio. 16. Cohibere se non queunt, & in bestiales libidines excitantur, vt nullum tempus præscriptum habeant, quod doceat indulgere concubitu. Vocem amittunt, colore variantur, oculis ignescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardescunt, sensu excidunt. Hinc phrenesis periculosa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, semefas epulas cum internotum viscerum cruore fundentium. Hinc etiam vanæ imagines, incerti visus, instabilis gressus, vmbra sæpe transiliunt sicut foueas. Nutat his cum facie terra, subitò erigi, & inclinari videtur, & quasi vertatur, timentes in faciem ruunt, & solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus sibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & resonantia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu solent incondito, Alij inconsolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationabiles pauores. Vigilantes somniant, dormientes litigant. Vita his somnium est, somnus his mors est. Hæc est definitio, siue descriptio per effecta, cuius imitatio, latè vt vides dicendi campum suggerit. Prouidendum tamen ne nimis leues effectorum minutia disquirantur. Deinde, vt quæ in longa descriptione asseruntur, ordinem inter se, & decoras ab vno ad alterum transitiones habeant.

Τοῖον δὲ τυφῶν ἐπιφανέστατον
 Ὀφθαλμοῖς ἀπὸ τοῦ βλάπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς.
 Hanc autem Typhon ebulliens eructat inani.
 Feruentibus telis immensa, & flammis omnia
 tempestatis.

Atque in eo longè prudentius Seneca, quam Sophocles, qui in Oedipo, terram illam grassantis pestis stragem descriprurus, inquit.
 Iam nocte pulsa diuinus effudit dies,
 Et nubis mœstum squallida exoritur iubar,
 Lumenque flamma triste luctifica gerens.
 At ille inter tot miserandos effectus, quos describit.

Ἡ δὲ σαλευθεὶς κανακροῦσι σακάρᾳ.
 Βοδῶν ἐπ' οὐχ οἶα τε φρονεῖ σαύλου.
 Φθίνουσα μὲν κάλοζεν ἐγκάρποις χθονός,
 Φθίνουσα τ' ἀγέλαις βουόμοις, τόκοι-
 σιτε.

Agónois γυναικῶν & cætera.
 Vrbis (inquit) fluctu quasiatur, nec leuare
 Ex profundis caput valet, ex exuenta tempe-
 state:

Interiorum enim iam frugiferi solliculi ter-
 ra,
 Interyt soboles armentorum, una cum im-
 maribus
 Fœtibus mulierum.

Causam verò superiorem pestis non ex-
 primit, quod scitè non omisit Virgilius AE-
 neid. 3.

Corrupto caelitractu, miserandaq; venit
 Arboribusque, satisque ius, & lethifer an-
 nus.

Linguebant dulces animas, aut agras trah-
 bant

Corpora. Tum steriles exurere Sirius a-
 gros

Ardebant herba, & victum seges agras nega-
 bant.

Neque verò tantum vna causa, sed plures ad vim maiorem, & amplificationem comme-
 morari solent: Vt si in ira, non tantum ar-
 dor, & ebullitio sanguinis, sed priores et-
 iam causæ prodantur, vt obliuio benefi-
 ciorum, contemptus, minæ,
 iniuriæ, & cætera
 eiusmodi.

(*)

Æschyl. in
 Prometheus.

Seneca in
 Oedipo.

Sophoc. in
 Oidip.

D